









11
15

1. Weyhe, Eberhard. v. : De controversia An jus Pontificium
sive Canonicum . . . in scholis . . . locum obtinere
. . . possit. ? 1587.
2. Franz, Th. : De praesudicio, const. impop., quae incipit diffamari,
sub Tit. C. de ingen. manum. 1589.
3. Hoddaeus, Conrad : Philosophica visus commendatio 1589.
4. Zimmer, Johann : Oratio de vitae cursu et supremo fato
amplissimi . . . Mich. Teuberi in Hemsendorff. 1590.
5. Carpov, Benedict : Disputatio feudalitatis II, quomodo feudum
extinguatur, et amittatur, et ad quem . . . revertatur. 1591.
6. Hastaeus, Christian : De nobilissima nobilissimi viri operatione
ac polyhedra operationis modo. 1594.
7. Herzog, Petrus : De demulso Sapiens aut.
7. Janger, Johannes : Orationes duae I Quod, licet Pontifex Romanus
nullam habeat potestatem condendae legis, Tamen Jus Canonicum,
. . . in scholis . . . doceatur . . . II Qualem debeat esse iudica-
tum, ne ab ulla parte contententium . . . in Tubium . . . vocari
possit. 1594.
8. Ehinger, Elias : Disputatio Aristotelica de substantia et accidente
ex metaphysicis . . . desumpta. 1596.
9. Ehinger, Elias : De methodis. 1596.
10. Forster, Val. Wilh. : De judiciis. 1598.
- 11) 1599. Runge, 1-6.
11. Person, Ludwig : De juramento litis decisivo. 1603.

12. Forster, Valentin Wilhelm: De interdictis, seu actionibus possessionis, num nomine competentibus. 1604.
13. Grosius, Matth.: De transactione. 1605.
14. Horstius, Gregor: De causis morborum. 1607.
15. Horstius, Gregor: De symptomatibus et symptomatum differentiis. 1607.
16. Horstius, Gregor: De symptomatibus ^{um causis in genere} ~~et symptomatum~~, ac specialiter de causis Symptomatum Externorum sensuum. 1607.
17. Horstius, Gregor: De causis symptomatum facultatis motivae et principis. 1607.
18. Horstius, Gregor: De causis symptomatum vitalis et naturalis facultatis. 1607.
19. Horstius, Gregor: De causis symptomatum qualitatis mutabiles, ac retentorum atque excretorum praeter naturam. 1607.
20. Horstius, Gregor: De doctrina signorum in genere et de signis in salubribus - diagnosticis in specie. 1607.
21. Horstius, Gregor: De urinis. 1607.
22. Horstius, Gregor: De signis prognosticis. 1607.
23. Horstius, Gregor: De venae sectione. 1607.
24. Horstius, Gregor: De purgatione. 1607.
25. Horstius, Gregor: De materia medica. 1607.
26. Jenner, Daniel: De febrium malignarum differentiis et signis. 1607.

- Hostius, Gregor:
27. Decas problematum medicorum ad preceptuarum
1608, 2. febrium cognitionem et curationem inserviens. 1608.
28. Hunnius, Nicolaus: De principio individuationis. 1609.
29. Bachman, Matthaeus: De intellectu humano. 1610.
30. Beckmann, Lucas: De laudemis. 1610.
31. Beckmann, Lucas: De origine feudorum et juris-
feudarii auctoritate. 1610.
32. Hirschbach, Wolfgang: De jure dotium. 1610.
33. Hunnius, Nicolaus: De substantia. 1610.
34. Hunnius, Nicolaus: De causae primae cum secundis ad hasum
operationes concursu. 1610.
35. Stenbe, Heinr. Jul. (u. Jul. Sattler): De ortu animae rationalis. 1610.
36. Titius, Martin: Trium thematum logicorum explicatio. 1610.
37. Untzer, Joh. Wilh.: De origine, auctoritate, nomine, definitio-
ne et aliquot divisionibus feudorum. 1610.
38. Evemius, Sigismund: De munimentis rei publicae. 1611.
39. Evemius, Sigismund: De subditis. 1611.
40. Faber, Alexander: De inofficioso testamento ex tit. 18. lib. 27. 1611.
41. Förster, Val. Wilh.: De tutela et cura. 1611.
42. Förster, Val. Wilh.: De jure suorum heredum et suorum
dicunt. 1611.
43. Hirschbach, Wolfg.: De conventionibus. 1611.
44. Faber, Alexander: De contractibus impropriis, personis,
per quas nobis acquiruntur et de modis, quibus dissolvuntur
obligationes ad tit. 28. 29 et ult. lib. 3. Inst. 1612.
45. Hirschbach, Wolfg.: De feudorum actionibus: foro competente
et forma processus. 1612.
46. Hunnius, Helfrich Wb.: De origine feudorum, de conscripto-
ribus et auctoritate Juris feudalis. 1612.

47. Hummius, Helfr. Ubr.: De notatione, definitione et divisionibus feudi. 1612.
48. Hummius, Helfr. Ubr.: De personis, dantibus et accipientibus feudum 1612.
49. Hummius, Helfr. Ubr.: De rebus quae in feudum dari possunt. 1612.
50. Hummius, Helfr. Ubr.: De regalibus 1612.
51. Hummius, Helfr. Ubr.: De modis feudum constituendi: conventionibus feudali et successione. 1612.
52. Hummius, Helfr. Ubr.: De successione foeminarum, Clericorum et Imperfectorum. 1612.
53. Hummius, Helfr. Ubr.: De modis feudum acquirendi, Frustritura et praescriptione. 1612.
54. Hummius, Helfr. Ubr.: De jure quod ex feudo competit Vasallo. 1612.
55. Hummius, Helfr. Ubr.: De jure quod ex feudo competit Seniori 1612.
56. Hummius, Helfr. Ubr.: De modis et causis amittendi feudum. 1612.
57. Hummius, Helfr. Ubr.: De actionibus feudaliibus, iudicio et iudicio feudali 1612.
58. Meier, Peter: De successione feudali. 1614.
59. Meisner, Balth.: Decis controversiarum practicarum. 1615.
60. Ivenius, Sigism.: Problemata V. physica. 1613.
61. Ivenius, Sigism.: Decis quaestionum jural. controversiarum 1615.
62. Forster, Val. Wilh.: De servitiis feudaliibus. 1613.
63. Hirotsbach, Wulfg.: De crimine laesae majestatis. 1613.
64. Hummius, Helfr. Ubr.: De juramento fidelitatis vasallitico seu Clientelari. 1613.
65. Hummius, Helfr. Ubr.: Disputatio juris Feudalis Synoptica 1613.
66. Meitner, Jacob: De nobilitate. 1613.

3039

110



Conclusiones iuridicæ

DE

IURAMENTO LITIS DECISIVO.

Quas

1603

Divina aspirante gratia

*Iussu sc tuq amplissimi ordinis Ictorum
in Academia Witebergensi*

PRÆSIDE

**LVDOVICO PER-
SON I. V. D. ET COD.**

Professore publ. & ordina.

*Pro cingulo Doctōrali in utroq, Iure consequendo,
publicè disputandas proponit*

MAGNVS LEBZELTERVS

Lipsiensis, Elector: Consistorii, quod
est Cygneæ, Assessor.

*Ad 1. Aprilis diem, in auditorio majori, horis
matutinis & pomeridianis,*

Witebergæ, Typis Cratonianis, Anno 1603.



g-
n,
co
te


ni
le
dei
tia

on
in-
ine

tus
le-
ca-
Re-
isto
nci-

ho-
urq;
itas
gung







CONCLUSIONES.

DE IVRAMENTO LITIS
DECISIVO.

I.

Ivramentum, quod & Iusjurandum
& Sacramentum in Iure vocatur, cum
in multis, varijsque Vitæ actionibus,
tùm in decidendis potissimum litibus, &
extra & in iudicio motis, subinde & fre-
quenter usurpari videmus: Quippè, quo
ista *ταχὺ ἐ ἀσφαλῶς* secundum Platonem terminantur.
Vnde à Paulo Apostolo omnis controversiæ finis: & à
Gajo Icto maximum expediendarum litium remedi-
um, haud invenustè indigetatur.

II.

Quod cum Clem. Alexand. certam exaudimus li-
tis definitionem, cum religiosa obtestatione factam.

III.

Hoc deferatur oportet: sive à partibus sive à Iu-
dice: Hinc triplex usu exorta & hætenus, non infelici-
ter, frustra reclamantibus Neotericis, in foro observa-
ta distinctio: quod aliud sit vel voluntarium: vel Iudi-
ciale: vel necessarium.

IV.

Voluntarium, voluntariè à parte parti extra ju-
dicium defertur, sic dictum: quod ex mera voluntate



aut dantis aut suscipientis dependeat: semel tamen acceptatum, referri non potest, sed necessitatem perficiendi, nisi quis pro confesso haberi velit, importat.

V.

Iudiciale, quod pars parti in iudicio ad probationem Iudicis defert. Idque actori ex veriori DD. atque nunc approbata magis opinione, licitum est, quando vel planè destituitur probatione testium & instrumentorum, vel ejus onus subire detrectat: imò licet in jam suscepta defecerit.

VI.

Et hoc de jure Civili, tam ante quam post litem contestationem, in quacunque Iudicij parte: At Iure Saxon. & ex Constitutionibus principalibus non aliter, quam ante litem purè contestatam, & præstitam (ut vocant) Guarandam: licet Reo, peremptoriè postea excipienti, hoc neutiquam sit interdendum.

VII.

Sive autem Reus sit, sive actor, jus deferendi ut habeat, necessum est: quod habere intelliguntur, qui negotii aut rerum propriarum, vel etiam alienarum (lege seu mandato) sustinent administrationem, Quare pupillo sine tutore auctore deferenti, non obstat Iurisiur. exceptio, sicut nec minori Curatorem habenti, ex communi & vera sententia: Quin & utrisque auctoritate etiam interveniente læsis, restitutione succurritur.

VIII.

Delatione facta, in optione adversarii est, an facere, sive solvere malit id, quod petitur: an verò iurare: aut etiam referre Sacramentum: aut denique, quod Iure Can
re Can

re Can. & ex stylo receptum, ioco eius, probationibus
exonerare conscientiam: eoq; facto, idem erit, ac si iu-
ratum esset: sin minus Iuramento etiamnum locus da-
bitur.

I X.

Referre eatenus concessum, quo ad ex adverso iu-
stæ recusandi non occurrunt causæ: inter quas turpes &
famose numerantur actiones: Factum item alienum,
& postulanti planè ignotum: Quo in puncto sicut rela-
tum recusari potest, an etiam delatum? controvertitur.
DD. frequentiori calculo negativam amplectuntur, in-
quam & nos proniores sumus.

X.

Sic Reo, post institutam semel probationem, inte-
grum non est, ad relationem Iuramenti recurrere.
Quemadmodum nec deferenti, Iure præsertim nostro,
concedendum, ut instituta ab adversa parte probatio-
ne, reprobationem intentet: aut ad viam probandi, re-
lato Iureiurando, convolet.

X I.

Iam illatum Iure communi in continenti vel refe-
rendum est, vel acceptandum & præstandum. Verum
in foro Saxon. ad proximam, & ex Constit. provinciali
spatio 6. septimarum & 3. dierum: modo acceptans, in-
tra octo dies proximos à tempore sententiæ, in rem iu-
dicatam transeuntis, computandos, adversam partem
ad videndum iurare, citari procuret. Hoc enim non
attento, Iuramentum pro deserto, & ipse pro convi-
cto, nisi de iusto doceat impedimento, habebitur.

XII.

Præstari olim oportebat eo modo, quo delatum fuit. Iurabatur namq; varia forma, & ut plurimum conceptis (ut agebant) atq; à parte adversa præscriptis, nec non dictatis verbis: quibus ad amissim non observatis, nihil proficiebat interpositum. Sed curiosa ista, ut & alia superstitiosa observantia non immeritò nunc temporis, quo per solam & unum DEVM perficitur, est explota. Si tamen de conceptione fortè inter partes dubitetur, ea arbitrio judicantis relinquenda erit.

XIII.

Oblatum, nondum verò præstitum, exigentem ad litis usq; terminum revocare, & probationibus, si quas habet & adinvenit, defungi posse, ex Justin. decisione satis apparet. Quod num & de Iure nostro Electorali æquè procedat? non semel dubitatum fuit: Et admittendum id esse, quando sententia super Iuramento lata, vires rei judicatæ nondum adeptæ fuit, existimamus.

XIV.

Susceptum, an ad hæredes sit transitorium? mirum in modum variant ILM. interpretes. De jure Civili haud invito in informatis, qualitercunq; id factum fuerit, hoc concedimus, multoq; magis de Saxonico & comprimis Elect. quo expressè, ut de credulitate saltem jurent, constitutum habemus. Quocirca, ubi suscipiens ex pluribus litis consortibus aliquando ante præstationem mortuus fuerat, relictis liberis puberibus & impuberibus: quicquid alii statuere, responsum scimus, puberes per se, impuberum verò loco, ipsos
Tutores,

Tutores, si & hi aliquam rei gestæ habeant scientiam,
jurare posse & debere.

XV.

Planè si deferens adversario jurare parato, quamvis absenti & ignoranti, gratiam faciat, contentus voluntate suscepti jurisjurandi: perinde erit, ac si datum fuisset. Quæ tamen remissionis gratia à pupillo, ne quidem tutore auctore, fieri potest.

XVI.

Cæterum qui postulat, calumniæ prius jusjurandum, quod speciale nominant, subire tenetur: aliàs processus vitatur, nec ad principale is, cui offertur, adstringitur: sed non secus, atq; si jurasset, absolvendus venit. Proinde & Iuramento relato sæpè evenit, ut utrumq; à deferente realiter præstetur.

XVII.

Verum hoc intelligendum, si exigatur, quandoquidem tacitè non equè expressè remitti potest. Exinde utrum decreto Principis, statuto seu consuetudine tolli queat? valde ambigitur. Pro negativa licet post Canones CC. communiter & strenuè pugnent, in tantum, ut nec ad calculum ferendæ sententiæ differendum multi censeant: quin tamen ex causa fieri possit, non dubitamus: Sicuti & pronunciatum comperimus.

XVIII.

A quo Iuram: etsi Parentes, Patroni, Domini Superiores, exempti judicantur: ad alias tamen quantumvis vitæ probatæ, bonæq; conditionis & nominis, vel in
Clericali

Clericali dignitate constitutas personas extendendum non esse, arbitramur.

XIX.

Solent porrò litigantes vel per se, vel per alios jurare: adeoq; ut Procuratoribus litis speciale mandatum ad hoc habentibus, periculo & in animas Principium id facere sit permillum. Atqui de Iure & consuetudine nostra, omnes cujuscunq; sexus & conditionis, etiamsi præclaræ curiæ honore præfulgeant, in persona id expedire coguntur: Quod in necessario quoq; & calumniæ, similibusq; receptum videmus.

XX.

Hinc Iuramentum Vniversitati impositum, maxime ex sanctione Electorali tres aut quatuor è senioribus, quibus negotium magis perhibetur cognitum, pro se & suo nomine, atq; in animas reliquorum subire coguntur: licet interdum iisdem minus idoneis, aut suspectis, alij pro religione judicantis substituantur.

XXI.

Et præstandum apud nos in loco judicii. Quò beneficio L. ad egregias 15. ff. de Iurejur. egregiis videlicet personis, nempe illustribus, nobilibus, doctoribus, nec non mulieribus, valetudinariis, senibus, &c. ne extra domum jurent, concessio, derogatum videmus. Cui & jure renunciari posse, opinamur.

XXII.

Vtrum autem in criminalibus causis, criminaliter intentatis, obtineat hoc iuramentum? Iuris est valde intricata-

intriati. Nos contra magis communem, quam vo-
cant, multisq; in locis frequentatam opinionem, in
hisce, sicuti & in aliis arduis & famosis ad vindictam
publicam conformatis, exulare jubemus. Quod &
Carolina Nemesis, & ordinatio hujus territorii innuit.

XXIII.

In matrimoniali itaq; cum ardua & criminali
comparetur, num idem? non immerito quaritur. Ve-
rum non aliter ex communiori hic admittimus, quam
si ab affirmante matrimonium exigatur. Si vero con-
tra illud extortum fuerit, retractationi etiam locum
esse censemus.

XXIV.

Aliàs hujus præstiti auctoritatem, si spectemus, ma-
jorem habet, teste Paulo Icto, quam res judicata: si a-
ctum: transactionis, acceptilationis, novationis, dele-
gationis, solutionis vicem obtinet, Quare neq; refe-
rens, multoq; minus deferens, post jurationem, ob ser-
rentiam contra se latam, beneficium appellationis, ex
veriori Interpretum censura, utiliter implorare valet:
quamvis illud ob delatum, quod recusare voluit, per
sententiam condemnato, denegandum non sit.

XXV.

Præterea tam ex hoc quam voluntario, & actio,
quæ in factum atque utilis dicitur, & exceptio, diverso
tamen ac respectivo modo producitur, & quod magis,
B perpetua

perpetua, etiam si causa temporalis fuit; non modo ipsis jurantibus, sed & eorum heredibus litisq; consortibus, veluti correis debendi, fidejussoribus, & id genus aliis.

XXVI.

Causa insuper ita ritè semel decisa, & de Iure cōmuni & nostro autonomico, nec novis postea repertis instrumentis, nec ex confessione subsequuta, nec perjurii prætenu, nisi specialiter lege exceptum sit, resuscitari aut retractari potest.

XXVII.

De perjurio, quod dictum, non ita accipi volumus, quasi planè debeat esse impunibile, cuius variæ poenæ in legibus, in Imperij & aliarum provinciarum sancitis, passim constitutæ reperiuntur, quæ & à seculari Iudice peierantibus irrogari solent.

XXVIII.

Necessarium est, quod in causis dubiis, cœpto Iudicio, alterutri litigantium à Iudice imponitur, sic nuncupatum, quod nec recusari sine justissima ratione, nedum referri, nec aliter vel dubietas illa tolli, vel Iudex certi quid definire possit.

XXIX.

Vocamus dubiam causam, quando non sufficienter, sed semiplenè saltem (ut cum DD. loquamur) vel plus aut minus, quam semiplenè intentio actoris, vel exceptio rei est probata, ex qua ad opinionem duntaxat

xat Iudex, aut suspicionem concipiendam: non ad certam proferendam sententiam movetur & instruitur.

XXX.

Quod fieri assolet, si per unum fortè testem omni exceptione majorem, ac necessariò concludentem: per scripturam privatam, testibus vel literarum comparatione suffultam: per confessionem extrajudicialem duobus testibus communitam: per famam legitimè probatam: vel per alias urgentes præsumptiones & conjecturas, similibusve mediis demonstratum quid fuerit. Tunc enim defectus ille, suppleri solet hoc juramento, quod & idcirco in supplementum denominatur & suppletorium.

XXXI.

Nec interest, si petatur à parte, quod in quovis Iudicij actu ante conclusionem, tam in prima quàm secunda instantia fieri potest, sive etiam non petenti, proprio motu & ex officio, ab ipso iudice; cui hoc tanquam legis ministro, ex receptiori sententia, quam Camera Imp. & Constitutio Elector. sequitur, concessum est, injungatur.

XXXII.

Ex quo simul apparet, in deferendo eo, huius potestati plurimum tribui, cum omnia ex qualitate personæ, causæ, testium, rerum quantitate aliisque circumstantiis aestimare, & pro lubito, cuicumque voluerit, & eapropter vel Reo potius quàm aëtori, si forsan illius per-

us persona legalior sit, & verisimilius veritatem sciat, aut quando pares utriusq; probationes fuerint, imponere debeat.

XXXIII.

In accusationibus tamen, ubi probationes luce meridiana clariores desiderantur, aliorum opinione non attendenda, haud illo utendum existimamus: sicuti nec in aliis gravioribus, utpote matrimonialibus causis, nisi fortassis major hinc quam semiplena adfuerit probatio: licet nec idem in clandestinis sponsalibus, ex nostra praesertim nomothesia, concedamus.

XXXIV.

Quod si suppletorio locus esse non possit: & contra unum ex litigatoribus nihilominus militarent suspitiones praeagnantes, tunc penes eundem est Iudicem, hunc eo adigere, ut Iuramento sese purget: quod inde purgatorium vocatur seu purgationis, & originem ex Iure Civili trahit.

XXXV.

Quapropter hoc in criminibus etiam, adeoque a suspecto fractae pacis publi. ex Ordinatione Imp. & Camerae, haud iniuria efflagitatur: Idem quotidie ferè, in Consistoriis ad instantiam stupratarum, exigi animadvertimus ab iis, qui stupro confessato, fidem se in super conjugalem compromisisse diffitentur.

XXXVI.

Quo in casu, num post Iuram. sententia iniunctum

ctum, transigi à partibus possit? Sæpissimè in dubium
vocatam fuit. Et sanè licet de facili, transactioni con-
nivendum non videatur, quemadmodum nec remis-
sioni: sicuti & quibusdam in locis planè improbatum,
Eandem ramen, accedente potissimum Iudicis ratifi-
catione, impediendam non esse judicamus.

XXXVII.

Vtrumque hoc legale haud secus atque superius
non ad hæredes duntaxat instructos transit, uti crebri-
us placuit, & præjudiciis, puta in actionibus injuria-
rum confirmatum fuit: sed & strictè sine ullo præce-
dente calumniæ Iurejurando intra eosdem terminos
constitutos, est expediendum. Quomocunq; verò
præstatur secundum eum, qui juravit judicari, nec non
impensæ litis compensari solent.

XXXIIX.

Verum, cum necessarium necessitatem præstandi
habeat, nec instar transactionis sit, sed quis sibi ipsi ma-
gis in propria veluti causa testimonium perhibeat: ad-
monendi sumus, interdum causam eo modo determi-
natam ex integro agi posse, superveniente nimirum
nova suspitione & probatione, novis instrumentis,
quibus nunc quis solis usus est, adinuentis & produ-
ctis.

XXXIX.

Idem an in testibus noviter cognitis? graviter
concertatur. Quod nos aduersus receptam, quantum-
uis


vis publicatæ iam & didicitæ fuerint priores testificati-
ones, cum novo hic processu & nova instantia opus sit,
tentabimus.

XL.

Num autem causa vel sententia talis, ipso iure aut
ope restitutionis per clausulam generalem, *Si qua mihi
iusta causa videbitur*, tollatur? nec in eo Iurisperiti in-
ter se conveniunt: Restitutione sive principaliter, sive
incidenter instituta, opus non esse, contra communem,
statuimus, quanquam interlocutoriam Iudicis senten-
tiam intervenire debere non negemus: Et ita
concludimus.

F I N I S.







Wittenberg, Diss., 1587-1612

ULB Halle

3

002 392 011




SB

VD17


Retrokonv,





Farbkarte #13

B.I.G.



Indica

ENTO

IS IVO.

1603

nte gratia
ordinis Ictorum
itebergensi,

DE

O PER

ET COD.

& ordina.

reg, Iure consequendo,
as proponit

Z E L T E R V S

nsistorii, quod
Assessor.

torio majori, horis
ridianis,

1603.

nianis, Anno 1602.